

C A P U T IV.

id, quod Paulus in omnibus Ecclesiis docuit. Id verò Epistolis Apostolicis comprehensum habemus: quia quod Evangelium prædicarunt, id scriptis etiam comprehenderunt, teste Irenæo.

v. 18. οἷς μὴ ἐρχομένοις ἢ μὴ πρὸς ὑμᾶς ἐφυσώθησιν τινες. „

Id est, superbè se gerunt, ut supra IV. 17. Inde enim nata „ partes, quod Doctorem alius alium sperneret, idemq; faciendi „ autor esset plebi. Multa autem mendosa hujusmodi eveniebant „ in Ecclesiis absente Paulo, quæ facile præsentia ejus repressisset. „ Vide Phil. II. 22. „

v. 19. Ἐλθούμαι ἢ ὄψασθε με πρὸς ὑμᾶς. „

Ita quidem sperabat Paulus, sed diutiùs differre hoc iter „ coactus fuit, ita ut & alteram epistolam ex aliquo intervallo „ scripserit, priusquam eò rediret 2. Cor. I. 23. „

Ἐὰν ὁ Κύριος θελήσῃ. „

Ita convenit loqui Christianis Jac. II. 13. 14. 15. Vide Rom. „ I. 10. Hebræi dicunt ⲙⲟⲩⲏ ⲛⲁⲓⲛ Si DEus voluerit; aut „ ⲙⲟⲩⲏ ⲛⲁⲓⲛ per Dei potentiam. „

Καὶ γνώσομαι ἐν λόγον τῶν πεφυσιωμένων ἀλλ' ἀ τὴν δύναμιν. „

Experimento apparebit, non illi ne me sint disertiores (ni- „ hil enim hoc ad rem) sed an DEus per eos, an per me potentius „ operetur. „

v. 20. Οὐ γὰρ ἐν λόγῳ ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἐν δυνάμει. „

Dei regnum, id est, Majestas, apparet non in verbis calami- „ stro in uestis, sed in vi miraculorum, qualia ab humana ope pro- „ ficisci nequeunt. Vide supra II. 1. Sicut Latini dicunt Regibus: „ Tua Majestas: Ita Græci: Βασιλεία σου. „

*Inflati sunt nempe sapientiae opinione. Quod ad Doctores im-* „ *primis pertinere videtur. Alii de securitate carnali explicant, luxuriosi* „ *dediti semetipsos efferebant, & fastuosè refractarios se præbeant. Ve-* „ *nire ergo vult, ut cognoscat & retundat in solentiam eorum, &* „ *palàm faciat eos inani jactantia verborum, & securitate inflatos* „ *tumere, nihil verò rerum virtutisq; habesse. Per δυνάμιν ergò* „ *non tam signa & miracula, ut Chrysostomus vult; quàm doctrinæ* „

D

efficacia